



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

D. Eckivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

CONCLVSION SECVNDA.

Zwinglio regulam præscribentes quod in nouo testamento clarum non est, eatur in uetus. Nunc quia hæc prophetia sufficienter iam auditæ in Euangelio & nouo testamento, a Christo confirmata sit. Neq; illi prodest, quod ex Iohanne prædicans ad portauit de antichristo, nam quod ibi uenisse scribitur, non de eius persona est dictum, sed illius membris omnib; hæreticis & cōtrarijs nobis Christianis, quorum caput est antichristus. Dicatis dñe prædicans breuiter quale sacrificiū celabit medio quarto anno in uniuerso orbe.

PRÆDICANS BERNEN.

Via iterū D. Eckius inducit Danielis prophetiā de iuge sacrificiio, illud declarans nullū aliud esse quam missam.

Hodie pro hoc eius intellectu scripturas & declarationē ex nouo testamento postulaui, quū iuxta eius proposita missa sacrificiū esse debeat noui testamenti, eiusmodi scripturas nondū audiui, sed ostēdi iuge sacrificiū crucis & laudis ab oib; Christianis exposci. Nūc aut̄ maior laus dei non est quā credere & amare, quū ex corde diligi poposcat, timeat, & in eum fidat, futurū ut huic sacrificiō multa deerunt, sicut Christus docet Luc. xvij. Quū uenerit filius hominis, etiā ne fidē in terra inueniet. Post hoc Matth. xxiiij. Christo de ultimis temporibus resuēte, dicit superabundaturā iniquitatē multorum cum refrigercente charitate. Circa hæc ostendit cessationē diuinī cultus, & sacrificij laudis, quæ lex & prophetæ præcipiunt. His ostēdi primo mihi carere claras scripturas doctoris Eckij. Secundo cessationē recti & ueri cultus diuinī, recti & ueri honoris Dei & laudis in ultimis temporibus.

D. ECKIVS.

Breuiter bene scit ex Christo antichristi temporibus paucos probos futuros, erit & cessationē fidei & charitatis plus medio & tribus annis. Daniel clare & dilucide loquitur iuge sacrificium cessare per annos tres cum medio, quod etiam tempus Iohannes meminīt in nouo testamento. Ideoq; oportet

dñm

COLLATI O XXXIII.

dñm prædicantem ostendere, quale sacrificiū cessabit annis
tribus cum medio, aut missam sacrificium esse sinet.

QVINTVS ARGVENTS OE C O L A M P A D I V S.

Pater omnis misericordiae gratiosae nos inducat, per spiritum filij sui in omnem ueritatem, Amen. Secundus articulus doctoris Eckij, hoc uerborum tenore comprehenditur. Quia (intelligo corpus & sanguinem Christi) &c. Dñe doctor quia uos iactatis ecclesiae Christianae, beneficiobis notum est, sicut & Paulus ad Corinth. scribit, nos non habere consuetudinem, neque ecclesiā Dei, ut cōtendamus seu litigemus. Et ad Timo, scribit seruum dñi non esse debere litigiosum, sed mansuetum, docibilem, qui etiam & malos sufferre possit, & his diebus multa præcesserunt, quæ intermissa melius fuisset. Peto quo possit esse magis pacifice, patienter a nobis ambobus rem geri, de primo articulo protestas me in eo nolle comprehendi, sed is iam sepositus sit atque finitus. Querens hic a D. Eckio, a quo offerri debeat corp⁹ & sanguis Christi, a sacerdote uela Christo, aut ab eis oībus, sed nullum illoꝝ apud eum scripturis aptabitur.

D. ECKIVS.

In nomine tuo dñe Ihesu Christe, Amen. Ad quæstionem dñi doctoris quis in missa offerat. Respondeo sacerdotes qui missas celebrant a tempore ascensionis dñi nostri Ihesu Christi per uniuersum orbem sacrificarunt seu obtulerunt, sicut ministri Christianae ecclesiae, non excluso uero offerendi magistro Ihesu Christo. Quanque autem nos in ecclesia in uera sumus possessione, fere mille quingentis annis, sic ut nulla probatio neceſſam, propter superabundantiam tamen, ut probi intelligant Christiani etiam & scripturas pro nobis esse, pro sacerdotibus induco textum Malach. iij. ubi de aduentu Christi loquitur & sequitur. Et sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filos Leui, & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum, & erunt